Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26004
Copyright: Admont, Benediktinerstift

multu tam comedentes. ueloces. audaces. iracundos. agiles. Nigra
bilis stabiles graues cōpositos moribus dolososq; facit. flegmata
tardos somnolentos. obliuiosos generant. Hoc autem principia temporum
diuerse ponunt diuersi. hysidorus namq; hispaniensis epc hiemem
viii.kl decemb. uer: viii.k mar: estatem viii.k iunii autumnum. x.
k septemb habere dixit exortum. Greci autem & romani quoq; in huius
modi disciplinis potiores q̄ hispanorum auctoritas sequi consueuerunt hie
mem vii. id nouemb. uer: vii. febr: estatem vii. id oct. autumnum. vii. id
august incohare decernunt. hiemis uidelicet & estatis inicia uespe
tino & matutino uergiliarum ortu occasuq; signantes. Item ueris &
autumni cūpliades media fere die. & nocte oriunt occidunt po
nent ingressum. Denique & in libris cosmographorum autenticis ac nobi
lissimis ita eadem tempora ad lineam distincta reperimus. adno
tato etiam ortu uergiliarum. vii. id oct. occasu quoq; earundem. vii. id
nouemb. Et plini sedis in libro sedo naturalis historie eodem in
distinguenda iudicauit. Et & homo ecclie sces anatholius in opere
suo paschali cum de equinoctiis & solsticiis. deq; horarum ac mo
mentorum crementis subtilissime disputasset. ita disputationem
suam simul ipsum libellum terminauit. Hoc autem ignores quid ipsa
iiii. q̄ prediximus tempora cōfinia licet mensium sequentium kl dis
adpximentur unum quidque tamen medium tempora idem uerni estatis.
autumni & hiemis teneat. & inde exinde tempora principia inchoantur.
unde mensium kl dies iniciantur. Et ita unum quidque tempus inchoandum e
ut a prima die ueris tempus equinoctium diuidat & estatis. viii.k iul.
& autumni. viii.k oct. & hiemis. viii.k ian similiter diuidat. Vbi autem
di ipsis in lege tempora faceret inicia. testatur scriptura q̄ precipit di
cens. obserua mensem nouarum frugum. Iuerni primum temporis. &
facies phase domino deo tuo. Quem seruum esse egyptium uidentur. ex eo quod
eruditissimus eorum antistes pteris ait. Illud etiam oportet adten
dere quod errent nimium q̄ primi mensis inicium lunaris cursus. xxxv.